

sonæ sufficientia non autem concedentia de-
bentur.
10 Paupertas ad effectum remedii Auth. præterea
C. und. vir & uxor remittitur arbitrio ju-
dicis.

Stephanus Agatius, cui in Testamento Euro-
pæ Uxoris nihil relictum fuerat reportavit ex
remedio Auth. præterea C. unde vir & uxor. sen-
tentiam favorabilem ab A. C. super quarta parte
hereditatis ejusdem Europæ, sed dato per me
dubio, An esset concedenda immisso; Domini
negativè responderunt.

Nam licet remedium hujusmodi inductum fa-
vore Mulieris, habeat locum etiam in vito, * ex
quo tanquam in correlativis, dispositum in uno,
cenfetur dispositum etiam in alio, ut notat Gail.
pract. observat. lib. 2, observ. 98, num. 5. Grass.
in §. successivo ab intest. q. 39, n. 13. Cancr. var. re-
sol. p. 1, cap. 9, n. 130. Cost. de remed. subsid. re-
med. 2, n. 2, in fin. Trentacinq. conf. 60, n. 7, lib. 1.

Nihilominus est certum, quod tale remedium
2 est odiosum, exorbitans, * & contra jus ex de-
ductis per Socc. conf. 108, num. 6, vol. 1. Plot.
conf. 17, num. 45, antè med. vers. nam d. Auth.
Purp. conf. 330, in fine lib. 1. Fontanell. de pact.
nuptial. clausula 5, gloss. 8, p. 9, n. 33. Rot. decis.
202, n. 9, p. 2, divers. apud Cæl. de Grass. decis. 1,
n. 12, de success. ab intest.

Nec conceditur * nisi in subsidium Honded.
3 conf. 93, n. 24, & 29, lib. 1. Natt. conf. 648, n. 15.
Cephal. conf. 244, n. 25. Menoch. conf. 433, nu.
23, vers. & si dicatur, Surd. decis. 61, sub nu. 15,
cum aliis per Gratian. forens. discept. c. 120, n.
6, lib. 1.

Et ideo in tantum competit, in quantum su-
4 perstes conjugum sit adeo pauper, * ut absque
remedio hujusmodi, cogatur mendicare, Gu-
lielm. de Bened. cap. Raynutius verbo, Et uxore
nomine Adelaßiam in §. decis. n. 244, vers.
quo casu de testamentis, Castr. in dicta Auth. Præ-
terea n. 5, vers. nunc queritur, ibi que Bellapert. in fi-
ne, qui dicit sufficere quod habeat panem, & a-
quam, Anchar. quest. 26, sub nu. 16, & seqq. part.
3. Rimin. sen. conf. 114, n. 13, lib. 1. Gelf. Hug.
conf. 4, in princip. Seayn. dec. Bonon. 7, n. 1, &
seqq. Rot. apud Cæl. de Grass. d. decis. 1, n. 22,
de success. ab intest. & post. Pacif. de Salv. decis.
274, n. 6, & pluribus comprobatur doctissimè mate-
riam tractans Urfell. concl. 89, præsertim n. 281,
& seqq.

Talis autem non potest dici Stephanus; Nam
quamvis testes deponant ipsum esse pauperem,
nec posse vivere juxta honorificentiam suæ con-
5 ditionis; non tamen coarctant negativam, * nec
concludunt, quod non possit habere alia bona,
quin ipsi scirent juxta text. in §. hinc nobis col. 4,
vers. & vidisse, ibique gloss. & dict. Auth. de hæ-
red. & falcid. & docet Bart. in l. 1, §. hoc autem
interdictum n. 8, ff. de itin. actiue privat. Covarr.
var. resol. lib. 2, c. 6, n. 8, vers. caterum paupertas,
Natt. conf. 648, n. 1, & per tot. Rot. coram sancti.
memoriæ Greg. decis. 42, & decis. 325, utrobique
n. 5, & penes Buratt. decis. 41, n. 2, ubi Addentes n. 9.

Imò Testes prædicti affirmant, quod idem Ste-
phanus non solum obsequiis insitit Serenissimi
Principis à Sabaudia, prout insitabat antè con-
tractum matrimonium, cujus munificentia, cum
sit notoria, non est verisimile, quod necessitate
prematur; sed etiam quod unà cum fratribus,
cum quibus convivit, possidet in Civitate Ver-
cellarum domum paternam; Unde cum antè
contractum matrimonium semper honestè vixe-

rit cum bonis propriis, * & præstando suo
Principi obsequia prædicta. Ità etiam potest id
facere hodie post dissolutum matrimonium, ut
advertit Socc. consil. 121, n. 46, lib. 4. Gabr. conf.
143, n. 27, lib. 1. Mart. vot. 21, n. 22. Hodiern.
ad Surd. decis. 61, n. 2, & 6. Rot. in Imolen. Suc-
cessionis quartæ 18. Aprilis 1625, coram Coccino.

Non enim est dedecus ut quis vivat soluto ma-
trimonio sicuti ante illud contractum, * & eo du-
7 rante vivebat ex not. per Honded. conf. 93, n.
35, in fine, lib. 1. Mart. de success. part. 3, q. 12,
art. 5, n. 19. Amat. decis. March. 72, sub nu. 15,
& seqq. Anton. Monach. decis. Lucen. 50, n. 37,
& 38, cum aliis per Rovit. decis. 460, n. 17, ad
med. vers. nec ergo erit.

Uterius cum idem Stephanus debeat consequi
lucrum seu quantum ex dote sibi per Europam
constituta, * tam vigore statuti Urbis, quam pa-
8 cti in instrumento dotali adjecti, cessat ratio, &
provisio dictæ Auth. ut expresse disponitur in Au-
th. de exhibendis reis, unde fuit delumpta præfa-
ta Auth. præterea, in §. quoniam vero antè fin. in
illis verbis, ibi, Et quod non sit facta neque dos ne-
que antenuptialis donatio, nihil habere volentes,
sed in novissima viventes inopia, & infra vers. hæc
itaque, & probat Castr. in eadem Auth. Præterea
n. 5, in fine vers. respondeo quia, ibique Dec. nu.
14. Socc. sen. d. conf. 121, n. 36, lib. 4. Gabr. conf.
142, n. 1, & n. 13, & 21, lib. 1.

Nec hujusmodi quantum, una cum aliis bonis
suprà deductis, est adeo tenue, ut ex illis Step-
hanus se sustentare nequeat; Quia alimenta * ad
9 dictum effectum, tanquam inducta propter pie-
tatem, non est necesse quod sint concedentia ad
statum Personæ, sed tantum quod sint sufficientia,
ut ad propositum notat Fontanell. de pact. nup-
tial. clausula 5, gloss. 8, p. 9, n. 17, ubi ait cessare
remedium hujusmodi, quoties quis habet redi-
tus sufficientes, ex quibus necessitati naturæ quo-
ad victum subvenire valeat, Gabr. d. conf. 142,
n. 16, lib. 1. Surd. dec. 61, n. 14, in fine, vers. quod
ergo, & num. seq. Seayn. d. decis. Bonon. 7, n. 2.
& per tot. & præsertim n. 19.

Et ideo Domini attentis circumstantiis facti
censuerunt, Stephanum non esse adeo pauperem,
& in tali inopia constitutum, ut possit gaudere
beneficio præfatæ Authentice; Paupertas * e-
10 nim ad hunc effectum remittitur arbitrio Judicis,
gloss. in dicta Auth. Præterea, verbo locuples, quam
sequitur Bart. ibid. n. 3, & in l. si constante n. 14,
vers. in casibus verb. ff. solut. matr. Bald. in d. Au-
th. Præterea n. 4, ubi quod arbitrium debet regu-
lari juxta qualitatem personæ, Alex. conf. 91, n.
3, lib. 7. Jos. Ludov. concl. 35, vers. quis autem
col. 1. Gratian. discept. Forens. cap. 120, n. 9, 15,
& 80. Surd. de Alim. tit. 9, q. 35, nu. 35, & de-
cis. 61, n. 4. Rot. coram Cæs. de Grass. decis. 1, n.
24, de success. ab intest.

Et utraque parte, &c.

DECISIO LXI.

R. P. D. MELTIO.

Ferrariensis. Domus.

Mercurii 17. Maii 1651.

SUMMARIUM.

- 1 Statutum de duabus conformibus quando in-
tret.
- 2 Sententiæ validitas præsumitur, donec contra-
rium

- rium probetur. Conformitas non tollitur pro-
pter expensas, n. 25.
- 3 Fundamentum sue intentionis, unusquisque pro-
bare tenetur, & n. 4.
- 5 Mandatum procuræ, ex quibus præsumatur.
Procuræ præsumptum sufficit, n. 6.
- 7 Indemnitas proinssioni fit locus, ex mole-
stias.
- 8 Molestiæ ex quibus justificentur.
- 9 Delegatio liberat debitorem.
- 10 Cessio in commodum cedentis non extinguit
priori obligationem, & n. 11. In incor-
poralibus est loco traditionis, nu. 15. De-
clarat ut num. 16. Crediti indubitati valet,
num. 22.
- 12 Judicem ritè processisse stat præsumptio.
- 13 Fructus qui præterit aliquem percepisse,
probare tenetur, & n. 14.
- 17 Hæres qui non confecit inventarium, non po-
test impedire, quominus creditori satisfiat.
Amplia ut n. 18.
- 19 Confessio de recepto per maritum facta, constan-
te matrimonio, non probat; & n. 20.
- 21 Referens non probat, non confitio, de relato.
- 23 Creditum præscriptione remanet sublatum. Tur-
pidum retentionem non dat, n. 24.
- 26 Sententia exequitur, in ea parte, in qua est
conformis.

Præterea Franciscus Reggius Belabarba,
per molestias sibi illatas à quodam Moyse
Hebræo, cui etiam certam pecuniarum quanti-
tatem solvere coactus fuerat, commissam fuisse
stipulationem relevationis indemnitas sibi
à Lanfranco commissæ, occasione obligationis
pro eo factæ in summa scutorum mille ad fa-
vorem præfati Moyfis, proindeque contra illum
judicialiter agere cœpisset, Lanfrancus ad di-
ctum Belabarbam indemnem relevandum, assi-
gnavit ei fructus medietatis decimæ, quam ipse
conduxerat à Comite Galeatio Tassono, ac fru-
ctus alterius possessionis, quam pariter condu-
xerat ab hæredibus Joannis Baptistæ Merli, nec-
non alios fructus ad partem rusticalem spectan-
tes alterius prædii ab ipso conducti à DD. de
Elaßchis Summ. Lucie num. 1. Et ulterius pro
majori securitate assignavit etiam quandam do-
mum positam in Civitate Ferrariæ. Hanc autem
cum idem Belabarba de anno 1613, obtinisset
per sententiam Vicelegati adjudicari ad effe-
ctum se revalendi de damno passo occasione di-
ctæ obligationis, à tali sententia appellavit Lu-
cia Magna hæres Lanfranci ad Rotam Ferrar-
riensem, quæ cum eandem confirmasset, in-
terposita de novo appellatione ad hoc Sac. Tri-
bunal, eaque mihi commissæ, cum clausula con-
finito, quod sit locus statuto de duabus conformi-
bus, hodie ad formam dicti rescripti, Du-
bitavi, An esset locus dicto statuto, & DD. con-
tra Luciam informantem affirmativè responde-
runt.

Quia confitio de validitate, & justitia senten-
tiarum, ac de illarum conformitate, procul-
dubio intrat statutum de duabus conformibus,
Surd. conf. 99, num. 19. Grat. discept. forens.
cap. 69, num. 27. vers. & quidem negativè, Ro-
ta in recent. decis. 662, num. 2, part. 1. coram Bu-
ratt. decis. 567, num. 1, & ibi Add. num. 6, & in
terminis statuti Civitatis Ferrariæ coram eodem
Buratt. decis. 40, n. 1.

Validitas autem præsumitur donec contra-
Decisiones ad Tract. de Alim.

rium à parte + concludenter probatur, l. si præ-
tor in princip. ff. de judic. l. 3. ff. de testam. milit.
l. quoties de reb. dub. Cravett. conf. 2, nu. 3, vers.
confirmatur ista opinio, Rota coram Buratt. decis.
316, num. 14, vers. institutio. Neque obstant op-
positæ nullitates per Luciam ex prætenso defe-
ctu legitimationis personarum, ac mandati pro-
curæ, nam negativa hujusmodi probationum,
quæ tanquam fundamentum + intentionis d. Lu-
cia venit ab ea concludenter probanda juxta re-
cept. doctrinam Bartoli in l. in illa, ff. de verbor.
obligat. non potest dici sufficienter justificata +
priusquam acta integrè transportentur, eaque
omnia exhibeantur, Rot. decis. 636, in princip.
& num. 3, part. 1. divers. Cardinal. Seraphin.
decis. 290, num. 20, & decis. 1307, nu. 3. Buratt.
decis. 251, num. 3, vers. nam hujusmodi negativa.
Præterea mandatum procuræ expressum, quate-
nus etiam deficeret, sufficeret præsumtum +, ex
5 productione scripturarum, & impensis factis
per quemdam Franciscum Festiniu Procuro-
torem in partibus DD. de Belabarbis, Rota
coram Seraph. decis. 933, numer. 2. Ad den. ad
Sanctæ memoriæ Gregor. XV. decis. 111, nu. 7,
litter. A. & decis. 336, n. 5, litt. pariter A. Rota
in Camerinen. Legati 20. Junii 1650, §. 1. coram
R. P. D. Bichio, ubi firmatur mandatum sic præ-
sumptum sufficere pro validitate actus quamvis
ex adverso protestatum + esset neminem ex adver-
6 so audiri nisi docto de legitimo mandato procura-
ræ, Rota in Bonon. fideicommissi. de Glavarinis
22. Junii 1639, coram R. P. D. meo Royas, per tot.
Gregor. XV. decis. 44, per tot. Rot. in Fasfen.
bonorum 27. Novembris 1648, coram R. P. D. meo
Cerro, §. mandatum enim, & in Romana cambi
9. Junii 1649, coram bon. mem. Arguelles §. his
tamen.

Constare etiam visum fuit, de justitia, quia li-
beratio à molestiis, & relevatio indemnitas le-
guntur in instrumento expresse promissæ per
Lanfrancum, & cum Moyse creditor pulsaverit
Belabarbam * occasione crediti pro quo Be-
labarba se obligaverat, factus fuit locus huic pro-
7 missioni, gloss. & DD. in l. Lucius, §. tres hære-
des, vers. moverit ff. de Trebell. l. sed & si de lege. §.
si ante litem, ff. de petit. hæred. l. non solum, §. si sta-
tutum de procurat. Alex. conf. 52, n. 2, vers. & quod
dicitur molestia inferri lib. 2. Rota decis. 213, n.
2, p. 2, recept. & inter impress. post Zacch. de obli-
gat. Camer. decis. 262, n. 2. Atque ita rectè de-
ventum fuit ad traditionem domus in solutum,
maximè quia ea specialiter assignata fuerat pro
securitate dicti Belabarba.

Non obstat, quod dicatur Belabarbam non
justificasse illatas sibi fuisse aliquas molestias à
Moyse Hebræo, prout requirebatur ad effectum
ut locus esse posset relevationi indemnitas, quia
contrarium apparet omnino verius, ex quo ipse-
met Lanfrancus in instrumento concordæ initæ
de anno 1611, assignavit eidem Belabarba su-
prædictos redditus, ac domum controversam, ut à
dictis molestiis integraliter tutus remaneret, ex
tali namque assignatione * resultat tacita confes-
8 sio, & approbatio dictarum molestiarum, adeo
ut illæ non egeant majori justificatione, l. cum
te la 2. C. de transact. l. generalia la 13. C. de non
numerat. pecun. cap. per tuas 10. de probat. cum a-
liis in Regien. personis 2. Junii 1636, §. penult. co-
ram bon. mem. Merlino, & in Meleviana Mer-
curii 29. Januarii 1649, coram bon. mem. Arguel-
les, & alibi passim.

Nec etiam subsistere visa fuit præsentio illa, quod stante assignatione & cessione dd. reddituum nihil aliud prætendi poterit, unde male in solutum controversa domus fuerit tradita, obiectum siquidem procederet ubi talis assignatio, & cessio haberet vim veræ delegationis, * & contineret actualem cedentis liberationem; tunc enim ex tali assignatione extincta remanisset, quæcumque actio quæ competere potuisset Belabarbaræ ad liberationem consequendam, juxta terminos l. 3. C. de novat. At hic versamur in simplici cessione facta ad solum cedentis commodum, per quam extincta non fuit prior obligatio, * ac promissio liberationis à molestiis cum ea simplex mandatum importet juxta gloss. magnam in l. legari in fin. ff. de liberat. legat. Alex. in leg. cum emptore n. 4. post med. vers. unde teneas, ff. de pact. Imol. in l. facta, §. si hæres n. 4. ff. ad Trebell. Socin. sen. consil. 37, per tot. lib. 4. Dec. consil. 105, n. 35. Eugen. consil. 73, n. 16, lib. 1. Cancr. variar. resolut. lib. 2. cap. 16, nu. 168. Grat. discept. forens. cap. 64, n. 30, usque in fin. Cavaler. decis. 307, n. 3, & 4. Rot. in recent. decis. 13, n. 39, & 40, & decis. 392, nu. 21, part. 5, & fuit firmatum in Bononien. litterarum cambii 8. Aprilis 1647, in princip. coram R. P. D. meo Verospio, confirmata 19. Junii dicti anni coram eodem, & per consequens Franciscus non fuit impeditus quin sui crediti satisfactionem petere posset super parte bonorum sibi magis bene visa, & signanter super domo ad id specialiter obligata, idque etiam non obstantibus clausulis, cessit, posuit, & Procuratorem irrevocabilem constituit, appositis in instrumento assignationis reddituum, quia tanquam accessoria * principali contractui solam assignationem pro majori cautela continentem non valent ejus naturam excedere, sive alterare, sed illi omnino famulantur, ut per Seraphin. decis. 287, n. 11. Rota in Tuderina Tenuta 20. Februarii 1619, coram bonæ memoriæ Coccino, & in Romanâ dotis, seu Salviani 10 Junii 1626, coram Durano.

Neque refragatur, quod in omnem casum dictus Belabarba debuisset prius rationem reddere de omnibus exactis, antequam adjudicari sibi faceret domum ad formam pacti in instrumento concordia appositi, ibi, cum conditione, &c. quod dictus Franciscus, &c. teneatur reddere computum, & rationem, &c. de omni, & toto eo, quod ad ejus manus pervenerit. Quia hæc ratio præsumitur reddita tempore quo Vicelegatus Ferrariæ de anno 1613, tradi mandavit in solutum hanc domum Belabarbaræ, semper enim, quod contrarium * non probatur præsumptio stat pro Jure, ut ritè, ac rectè processerit, Imol. consil. 99, num. 6, in fin. Dec. consil. 209, nu. 1, & consil. 403, sub nu. 12, Ab. consil. 205, nu. 25, consil. 226, n. 20. Rot. apud Pacific. de Salvian. decis. 227, n. 2. Buratt. decis. 11, n. 2, & 3. Præterea ponderatum etiam fuit per DD. quod possessio bonorum in instrumento concordia contentorum non fuit tradita Belabarbaræ, sed ea remansit penes Lanfrancum, qui tantum fructus pro majori securitate creditoris sui obligavit, unde onus probandi, * quod Belabarba perceperit dictos fructus spectat ad Luciam Magnam causam habentem à Lanfranco, Nat. consil. 569, num. 2, & 3. Rot. decis. 362, n. 2, part. 1, recent. & in Romana census 14. Decembris 1648, coram Reverendissimo P. Domino meo Bichio, & an-

tequam dicta fructuum perceptio * justificetur non potest Belabarba conveniri ad reddendam aliquam illorum rationem, Socin. sen. consil. 24, num. 35, lib. 1. Aym. consil. 231, num. 14. Menoch. de præsumptione lib. 3, præsumptione 79, num. 10.

Applicabilis nec visa fuit conclusio illa, quod in incorporalibus per cessionem * subsequuta acceptione dicatur facta traditio, l. licet, §. 2 ff. de jur. dot. & cessio habetur pro traditione ex allegat. per Becc. consil. 168, num. 24, & seq. lib. 2. Nam id procedit in merè incorporalibus, prout sunt jura, actiones, & nomina debitorum, non autem in cessione facta juris percipiendi redditus, aliosque fructus, quod licet incorporale sit adhæret tamen rei corporali, sicque cessio * in tali casu non habetur pro traditione, sed requiritur actualis perceptio, ut respondit Alex. consil. 184, n. 8, lib. 6. Tiraquell. de retract. lignag. §. 6. gloss. 1, n. 9, vers. ex quo nonnulli.

Minusque visæ fuerunt injustæ sententiæ ex eo quod dictæ Lucie competeret retentio controversæ domus tam pro credito anteriori dotis Guarneriæ uxoris Lanfranci, quam ex alio, occasione residui pretii ejusdem domus debito à Lanfranco Sylvestris venditoribus, & per eisdem Sylvestros cesso dictæ Lucie. Nam cum dicta Lucia sit hæres Violantis hæredis Margaritæ, quæ ex possessione bonorum paternorum, de qua deponunt Testes, præsumitur fuisse hæres Lanfranci patris, utique non docto de legitima confectione inventarii, tenetur de proprio, & consequenter non valet impedire creditorem posteriorem, quo minus satisfactionem * consequantur super bonis communis debitoris, ut pluribus congestis probatum fuit, in Bituntina census 27. Novembris 1645. §. quia præter quod, & 24. Maii 1647. §. quia cum patre, coram Reverendissimo P. D. meo Corrado; Quin imò quatenus etiam doceretur de legitima confectione inventarii, & sic Margaritam fuisse hæredem beneficiatam, adhuc ut Lucie ex ejus persona competere posset talis retentio, * ostendendum esset de bonis inventariatis legitimam rationem fuisse redditam, ut in puncto firmatum fuit per Rot. in Romana census 6. Martii 1645, coram R. P. D. meo Peutingerio, §. dantur etiam in Tiburtina redditionis rationis 3. Junii 1647, coram me. §. tamen cum apparet, & in Bononien. fidicommissi de Rubeis 11. Martii 1648, coram Reverendissimo Domino meo Decano sub §. quin imò. Præterea consideratum quoque fuit quod respectu crediti dotis Guarneriæ non probatur illius solutio, * nisi ex confessione de recepto per Lanfrancum maritum emissa constante matrimonio, quæ non probat ex doctrina Menoch. consil. 154, nu. 17. Alex. consil. 155, per tot. Gregor. XV. decis. 67, n. 2. Buratt. decis. 108, num. 2, & sequentibus, & hoc procedit etiam in eadem scriptura enunciatum fuerit præcessisse promissionem dotis, * quæ regulariter confessioni robur tribuit, ex tradit. per Ruin. consil. 183, in fin. lib. 1. Afflic. decis. 402, n. 4. Rot. decis. 485, n. 1, vers. secunda sit limitatio lib. 3, p. 3, divers. coram Gregor. XV. decis. 491, n. 7, & 12. Nam ad istum effectum debuisset inferi tenor instrumenti publici continentis talem promissionem, * vel si facta fuisset per scripturam privatam tenor dictæ scripturæ privaræ, cum aliis instrumentum habens relationem ad aliud non dicatur proba

probatum, nisi constet de relato, Gratian. discept. forens. cap. 693, num. 1. Rot. in Anconitana bonorum 1. Julii 1543, §. licet, coram R. P. D. meo Bichio.

Pariter respectu crediti pretii domus cessi dictæ Lucie dubitatum fuit de subsistentia talis cessionis ex quo, & ipsa emanavit per confessionem de recepto, * & ita contra formam leg. per diversas, & seq. ab Anastasio C. Mandat. quæ leges quamvis limitentur ut non procedant in casu cessionis factæ de credito claro, & liquido per instrumentum publicum, ut per Angelum, num. 3. Salicet. n. 8, & 9, ad dd. leges, & tradit Gabriel. consil. 67, n. 7, & 8, lib. 2. limitatio visa fuit non bene applicari huic casui, in quo agitur de credito creato * usque de anno 1607, & sic de eo quod remanet sublatum, ex præscriptione leg. sicut, C. de præscript. 30 vel 40 annorum, Rot. decis. 426, num. 5, part. 1, recent. Afflic. decis. 139, n. 5, & seq. ut enim creditum * non præbeat vim retentionis sufficit quælibet turbiditas Rot. in Romana, seu Januen. locorum montium 31. Maii 1638, coram bon. memor. Buccabella, & 15. Junii 1640, coram bon. memoriæ Pirouano.

Neque demum statuto de duabus conformibus visa fuit ob stare difformitas sententiarum ex eo deducta quod in prima sententia Lucia simpliciter in expensis condemnatur, in secunda verò partes ab hujusmodi expensis absolvantur, ac ulterius eidem Lucie præserventur jura melius justificandi suas præsentiones, quia exinde nullam resultare difformitatem, quæ valeat impedire executionem dictarum sententiarum * existimatum fuit, difformitas enim quoad expensas non est considerabilis, quando, prout hic, sententiæ sunt conformes quoad negotium principale, Thesaur. decis. Pedemont. 122, n. 2. Sic etiam reservatio jurium contenta in secunda sententia ex quo apposta fuit per Capitulum separatim non inducit difformitatem, * quæ sit apta ad impediendam executionem in ea parte in qua sententiæ leguntur concordantes, ut tenet Gabr. consil. 56, num. 6, lib. 1, cum aliis plenè adduct. per Adden. ad Buratt. decis. 567, n. 8, & 9, cum seqq.

Et ita contra Luciam solam informantem resolutum fuit, &c.

DECISIO LXII.

R. P. D. VEROSPPIO.

Romana Salviani.

Lunæ 19. Junii 1651.

SUMMARIUM.

- 1 Immissio ex Salviano conceditur, probatis extremis.
- 2 Censui non dicitur extinctus per evictionem fundi, quando super melioramentis consistit. Exigi potest ex contractu nullo, quando debitor se obligat ad damna, n. 4. Ut dicatur extinctus requiritur declaratio, n. 5. Non dicitur extinctus nisi servata forma ad id præscripta, n. 6. Amplia ut n. 7.
- 3 Melioramenta probantur ex relatione periti distinguendi statum antiquum à recenti.

Justas iterum Domini censuerunt esse sententias à Venerabili Monasterio Sanctæ Crucis Decisiones ad Tract. de Alim.

de Urbe obtentas super immissionem domorum, de quibus agitur. Quia proprium creditum cum hypotheca in prædictis domibus contractum, ac utrumque possessionis extremum ex juribus hæcenus editis justificasse convincitur, * cui jure merito fuit proinde in hoc Salviani judicio decreta immissio ad trad. per Bart. in l. rem alienam n. 5. ff. de pignorat. act. Contard. in l. unica, C. si de momen. poss. limit. 14, num. 11. Negufan. de pignor. 1. membr. part. 8, num. 6, & 8. Rota coram Puteo decis. 201, nu. 2, lib. 1, coram Buratt. 728, n. 4, coram Gregor. 491, n. 6, & in Beneventana domus 10. Maii 1649, coram R. P. D. meo Othobono.

Neque ob stare visa fuit repetita exceptio crediti penitus extincti ex fructibus, post fundum scienter evictum à Domino census exactis, & tanquam indebitis, in fortem imputandis; Cum duplici responsione tollatur obiectio; Vel quia per eam censuales fundi evictionem, census dici non possit extinctus, uti vigens, * atque subsistens in melioramentis, ab ejusdem census impostore constructis Cenc. de cens. quæst. 19, n. 37, & quæst. 22, ad finem, Rota in Romana Salviani 16. Aprilis 1632, coram bonæ memoriæ Merlino, impressa post eundem Cenc. decis. 441, n. 13, cum aliis relatis auctoritatibus per Adden. ad decis. Gregor. 225, num. 16, quæ sanè melioramenta ad seuta bis mille, ac quinquaginta quatuor ascendere bepe justificantur ex relatione Periti, * statum distinguendi antiquum à recenti postmodum meliorato, Curt. jun. consil. 165, n. 14, & 20, lib. 2. Honded. consil. 85, num. 4, lib. 1. Rota coram Seraph. decis. 88, n. 8, & decis. 952, nu. 3, & decis. 88, n. 28, part. 7, recentior. Neque ex sententia Thesaurarii probantur evicta, ut perperam ex adverso supponitur, dum in ea non leguntur inclusa ad text. in l. si Judex, ff. de his qui sunt sui, vel alieni juris not. Bart. in l. Julianus n. 5, ff. de condit. ind. Alex. consil. 84, n. 3, lib. 3. Dec. consil. 43, n. 4. Rota coram Casar. de Grass. decis. 3, n. 9, cum seqq. de rest. in integr. & coram Comitulo decis. 10, n. 7.

Vel quia fructus exacti loco damnorum, & interesse succedunt, postquam ad eorum solutionem in casu nullitatis, seu resolutionis ejusdem Censui, * ex quocumque defectu, vel causa contingenti, tam Petronius principalis debitor, quam Salamonijs fidejussor sese adstrinxerant, ac poterit uterque successivè compelli, ut respondit Rota in Tiburtina Census 26. Maii 1600, coram Justo, & in Romana Census 19. Februarii 1618, coram Ubaldo, & in Romana Census 1. Februarii 1627, coram bon. memor. Pirouano impress. post Cenc. decis. 138, num. 8, 389, num. 12, & 484, num. 2, & in Romana census 10 Januarii 1641, coram R. P. D. meo Cerro, & in decis. 153, nu. 1. post secundum volum. consil. Farinac. Præsertim, quia nulla, sive principalis, sive fidejussoris declaratio præcessit, census præ se ferens extinctionem; * & tamen declaratio succedere debuisset pernecessè, Navarr. in comment. de usuris quæst. 40, n. 125. Roder. de ann. redit. lib. 2, quæst. 18, n. 9, usque ad 16, quos refert, & sequitur idem Cenc. de cens. quæst. 88, numero 6, §. tamen contrarium existimo, Rota in Romana census 10 Junii millesimo sexcentesimo quadragesimo primo, §. minus contra secundam partem sententiarum, coram Reverendissimo Patre Domino meo Cerro. Nec etiam adimpleta fuit forma depositi quoad fortem ejusdem census, penes Monasterium Pietatis relinquendam ex lege Instrumenti,